

Q. K. 366, 6.

X 1304058

421

Lustratio Historico-Geographica
MEDITULLI,

II
33^a

& an illud superficie-tenus occupet
HIEROSOLYMA?

12

cum mantissâ

de

Plagarum mundanarum Discretione

Mathematico-Physicâ,

conscripta

à

M. Johanne Prætorio, P.L.C.

MERIDIES.



SEPTENTRIO.

L I P S I Æ,

Literis JOHANN-ERICI HAHNII

Anno M DC LXXV.







DE MEDIO TELLURIS VARIA LEGUN- TUR, vel respectu

5. S uperficie,
4. O peris sextiduanis,
3. L inearum,
2. U niversi,
1. M editullii.

Tractabimus retrogradè pensum nostrum! Sic de *Meditullio* mi-
ra referuntur & præsumuntur, quæ nim. in *medió* locò Terræ habeantur: Et ita ab aliquibus ibi creditur

- 1.) G ehenna,
- 2.) E lysium,
- 3.) O rbitas, seu Vacuum,
- 4.) G aia, seu terra simplex,
- 5.) R egio, quorsum omnia gravia vergunt,
- 6.) A xis,
- 7.) P ũq, seu ignis,
- 8.) H eraclius lapis, seu Magnes,
- 9.) I nfinus locus,
- 10.) C alor,
- 11.) A qva.

I.

Quod in *meditullio* sit *infernus*, statuunt Papistæ. *Bel-
larm. l. 4. de Christi Animâ c. 10. Gisbertus Voëtius
Tom. 2. Dissp. p. 1240. de Papistarum Purgatorió. De
situ Topographicò purgatorii satis anxie disquirunt
& disceptant: videat, cui vacat, Swarez ad 3. Thomæ
tom. 2. pag. 438. Imprimis Ant. Ruseam in tract. de
inferno & statu Demonum. Quid Lutherani statuamus, docet Hut-
terus in Expl. libri Christian. concord. Artic. 9. p. m. 945. Cæterùm*

A 2

huc

huc pertinet, quod *Gerhardus* habet in *Genes. p. m. 172. ad cap. V.* Enoch translatus est à Terrâ. *Syrach. 4. v. 16.* Ergò non detrusus est in *Limbium*, qui ex Hypothesi Pontificiorum est cænaculum Inferni in centro Terræ. *Libavius p. m. 199. ad opus Diei III. Hexaëm. §. 47.* Tertullianus contra Hermogenem, ibi ponit abyssum, tanquam peculiarem Mundi partem, cui *Apoc. 20, 1. 2. 3.* includitur Sathanas, qui *versu 10.* in stagnum ignis & Sulphuris mittitur, ut sit consequens, ibi esse locum tormentorum, ab initiò Diabolis paratum. *Matth. 25. v. 41.* Quod ipsum videtur etiam situs cœli Sanctorum indicare, ita, ut in mensò hiatu distet infernus à Sinu Abrahamæ. *Luc. 16, 22. Job. 11, 8.* Deus excelsior est cælò, & profundior infernò. & *Pf. 139, 8.* Deus in cælò & infernò præsens, tanquam maximæ distantiae locis. Ideò & *Gentiles Tartarum* circa eum locum posuerunt, ut est apud *Platonem & Virgilium*, creditum est spiracula Plutonia, Amsancti, *Plin. l. 2. c. 95.* Heciam Islandiæ, Vesuvium Campaniæ, in quem immissa anima Pandulphi apud *Baronium 40. 1038.* & Ætnam Siciliæ, esse fauces infernales, sicut avernus Campaniæ, in *6. Æneid.* antrum Moluccarum in insulis Moluccis, & aliud in insulâ Del Moro &c. Licet ex quibusdam apud *Olaum M.* etiam frigidissimi halitus erumpant, argumentò inferni, ubi est stridor dentium & ignis Gehennæ, teste Salvatore, *Matth. 13, 42.* Calvinus noluit id credere, utpote inferni vocem de sepulchrò accipiens *Pf. 115. & 16. &c.* sed eum confutat *Bellarminus lib. 4. de Christi Animâ, c. 10.* argumenta capiens ex vocibus *ἀδης, ἀβύσσου, Apocal. 5. & Phil. 2.* ubi tria loca distincta cœlestium, terrestrium, & *κῆτος χθονίων.* Item testimoniò *Irenæi, Cyrilli, Arnobii, Tertulliani, Ambrosii,* qui in corde terræ statuit infernum, *Nyssani, Augustini, Gregorii, Bedæ, Primasii, Damasceni.* (*Plin. l. 2. c. 65.* Si ulli essent *Inferi*, jam profectò illos avaritiæ atque luxuriæ cuniculi refodissent.) Si itaque centrum terræ occupat Infernus, ignibus sulphureis plenus, non terra: ut sic *Pythagorici* quoque non malè putaverint in mediò esse ignem, & Jovis carcerem. *2. de cælò c. 13. & 72. & Plato in Phædone,* esse aliam terram in cœli regione, judicando non usque adeò erravit. Sed tutius est de *inferni* locò Disputare, quam eum experiri. Nos interim credemus, alicubi *infernum* esse, sic ut oppositus sit cælo, juxta mysteria sacra, quam per differentias sursum & deorsum sæpe non materialem locum, sed formalem

lem

lem & mysticum designat. Terræ verò situm naturalem ideò non negandum putamus, cum, si sulphura & bitumina sunt in infernò, etiam *terram* esse necesse sit, à quâ nos longissimè arceat *Salvator*, & ex infernò *Redemptor* ! Idem *Libavius p. m. 194. l. 3. ad opus Diei III. Hexaëm. §. 33. Plato in Phædone*, Poëticâ quâdam licentiâ, fabulam ponit, quâ describitur Terra cælestis, circa quam fluvii Oceanus, Acheron, Pyriphlegeton, & styx seu Coccythus: qui fluvii in Tartarum, qui est carcer fontium, confluant. *Vide Plat. in 10. de Rep. & Virgil. l. 6. Æn.* Tartarum autem ex Homero depingit, quod sit profundum barathrum sub altâ tellure, in quem hiatum omnia flumina concurrant, indeque effluant denuò; quod iste humor fundum non habeat, & sursum deorsumque fluctuet. *Aristoteles in 2. Meteor. 2.* quæ si de nostrâ *terrâ* ita sensisset ille, locum exagitat, negans possibile esse fluvios omnes ex eò hiatu exire, inque eum relabi, ut ex *Tartarò*, tanquam fonte communi regurgitent, & in eum vicissim influant. Lege, quæ ibi habentur plura. Si *Tartarus* ille est principium aquarum, & oceanus, quod mare exterum appellamus, profluentis quidam ejus, non is proprius *maris* locus erit, quem vulgariter novimus, & quem ostia fluminum monstrant. *Heidfeldius in Sphing. Philos. p. m. 13. Hesiodus* fabulosè magnum spatium statuit in *Theog.* Si incus cælò demittatur, vix decimâ die terram continget: à terrâ si mittatur, *Tartara* decimâ die vix continget.

(2) Quod ELYSIUM attinet, illud Ethnici non minùs sub terra statuerunt, *Owenus p. m. 9. l. 1. Epigr. 37. ex Virgil.*

Campi Elysi:

Obscuri Pater *Æneas* loca cæca per orci

Ivisse in *campos* fingitur *Elysios*.

Nam pius *Æneas*, infernum ingressus *Elise*

Qvis neget in *campis* quin foret *Elysiis*?

(3) ORBITAS seu Vacuum, *Libavius p. m. 199. l. 3. ad opus Diei III. Hexaëm. §. 47.* Sed non parvam habet ille Terræ locus dubitationem. Primum enim *Jobi 26, 7.* scriptum, terram super nihilum esse appensam: quod potest esse argumento, circa Centrum Mundi esse Vacuum. (4) GAÏA seu Terra simplex. *Libavius p. m. 198. l. 3. ad opus Diei 3. Hexaëm.* Multi sunt Physici de locis & simplicitate Elementorum: nempe rationis ductum sequentes potius, quàm

sensibilem evidentiam, quæ tamen in naturalibus, *sensus* æstimationi subjectis, potiores obtinet *sensus*: Elementa nusquam apparent simplicia: quodque de *Lunæ* confiniō, mediō aëre, *centro* Terræ narrant: ibidem nim. esse simplicia, nondum reperit à *sensu* fidem; sed nec Chymicorum *Spagirici* ad simplicitatem Elementarem, quæ sic, primam omnis compositionis pervenire potest, cinere terreo post extractum *Salem* nihilominus compositō, ut in vitrum mixtione suâ constans converti possit. *D. Brendelius* in *διαλεξ. Φυσιολογ. thes.* 89. Non Elementa sincera, puraque in mundo, aut ubique sunt aut usquam esse necesse est. *Sennertus* in *Phys.* l. 2. c. 3. p. 230. Elementa in mundo non existunt pura. It. *Kirchmajerus* in *disp. de Elementis in genere sect. 2. par. 2.* sed *Hundeshagen* in *Exercit. Phys.* p. 139. &c. dari ignem Elementarem sub concavō *Lunæ* & elementum purum. *Physica Gothana* p. 216. circa centrum telluris maximè puram dari terram; quia aqua ceu minus gravis eò descendere non potest. (5) REGIO. Quorsum omnia gravia vergunt. Pertinet huc *Robertus de Fluctibus* in *discurs. ad appendicem Keppleri* p. m. 34. De tribus terræ Regionibus nemo ferè Philosophantium unquam dubitavit, & de ipsarum differentiis non magis, quàm de *Minerali vegetabili* & *animali* regnis, regionibus illis naturâ correspondentibus: unde & graduum differentia est inter regnum *Minerale* & *Vegetabile*, atque etiam inter hoc & *animale*, quippe quorum unum & magis *fixum, terreum, aqueum, aëreum, ligneum*, quàm alterum; ita procul dubio sunt *proportiones*, inter actum unius regionis & alterius. Cognoscimus autem, quod ut mineralia magis sunt compacta & fixa atque gravia; ita etiam terræ portio ad *centrum* vergens, sit *magis ponderosa*, & quod itidem, uti vegetabilia, sunt volatilia, & secundum naturam fluida ac aquea, quàm mineralia: ita etiam *media* terræ regio aquis fontium, unde dimanant flumina, abundet: superior verò terræ pars, magis assimilatur naturæ *animali*, quippe in quâ *vita* rerum abundat, majorque est volatilitas & levitas. Ut igitur cognata est differentia, inter *terram, aquam* & *aërem*; sic etiam est necessaria concatenatio in proportionibus inter *centrum, medium* & *superficialem* terræ regiones: Quæ quidem proportionibus non à naturâ materiæ procedunt; sed ab occultâ formâ in eam invisibiliter agente dependent, atque ita non sunt positæ in oculari dimensione aut mensurâ

quan-

quantitativâ, uti ille opinatus est. Neque in hujusmodi proportionibus, inter actionem intensiorem aut remissiorem formæ, & passionem similem materiæ, quibusnam elementum in suo totò & partibus differt ab aliò cum suis portionibus. Sic etiam *aqua spissa* & falsedine imbuta à *dulci* dicitur differre: & *illa* iterum à *nube* aut *nebulâ* seu *vapore* grossò, & sic in cæteris. Quare ejus motus harmonici à *meis* ita differunt: Quos ille amplectitur, sunt particularium naturæ creaturarum; *mei* verò sunt motus ipsissimæ naturæ ad perfectionem occultò modò tendentes; Ejus itidem motus planetarij ad tempora anni distingvenda magis profunt (juxta illud Genesis: *Ut essent signa, tempora, dies, & annos metientia*, habentqve officia sua particularia; isti verò motus *mei* sunt universales, quibus natura cujusque rei & creaturæ s. elementaris s. cælestis simulqve ipsa elementa moventur in alterationes & perfectiones appetitu agitata, assiduæ circumrotantur. Semper enim & incessanter tendit Natura ad perfectionis metam; quamvis nonnunquam in suo motu impediatur. Hæc, *inquam*, est differentia inter Harmoniæ ejus & meæ rationem! Pertinet huc etiam *Freigius p. m. 78. l. 3. Physic. Ubi est quies gravium? In centro terræ?* Nam si terræ medium perterebratum sit, hinc usq; ad *Antipodes*, perpendiculò per centrum dimissò (quemadmodum solent *Cosmographi* terræ totius situm in globis ligneis representantes) tum si Saxum conjicias in foramen, usqve ad *centrum* terræ perferretur. Quòd si *Antipodes* quoque ex adversò mittant lapidem, lapis lapidi circa *centrum* occurret, ibiqve uterqve conquiescet. Quoniam autem *motus* activus progressu magis ac magis incitatur (*si nihil obstet*) lapis coniectus in foramen, ob motûs vehementiam, prætercurret *centrum*, jamqve prætermisso *centrò* rursus motus erit violentus: Itaque primùm segniùs feretur, nec aliter redibit ad *centrum*, quàm lapis in ad altum projectus, redit ad terram. Sed recurrens nativò motu, rursus concitatò impetu prætervehetur *centrum*: conquiescat tandem prætercurrens & recurrens, donec per *centrum* fuerit, ad æquilibrium. Et quoniam nihil diximus in rerum naturâ *vacuum* esse, ideoqve illud foramen aëre plenum esse, necesse fuerit. Et sic lapis naturâ gravis pendeat in aëre, non secus ac chalybs in aëre pendet undiqve vibrantibus *magnetibus*, sed si plus terræ Sphæram perterebraret, non per ipsum *centrum*, sed à late-

latere, putà, ut absit à *centro*, *centum* stadiis : Lapis non feretur re-
 ctà per foramen, imo potius rectà ad *centrum* : itaqve priusquàm
 perveniret ad medium, jam conqvescat in terrâ, quæ ad lævam est,
 si *centrum* est ad lævam. Eandem rem prolixius explicat *Kecker-*
mannus in tract. de loco p. m. 100. & c. c. XV. Centrumne Terra tantum
locus gravium? vide dictum locum. Weiter gehöret hieher auch
Schwenter in delic. Matth. probl. 3. pag. 186. 187. So ein Loch durch
 das centrum der Erden / nach einer geraden Linie gienge / und ein
 Stein darein geworffen wird / fragtes sich; wo solcher Stein seine
 Ruhe nehme? *Ex Rivii Büchsenmeisterei fol. 4. adde Fromondum in*
Compos. Continui c. 24. p. 74. & c. quòd omnia ædificia, ad centrum per-
pendiculariter ædificari debeant. Adde eundem *Schwenter. d. l.*
parte IV. probl. 6. p. m. 536. So einem Baumeister vorgegeben wür-
 de / auff das Centrum zu graben / und selbigs zu finden / mit einem
 Stein ohne Bley-Wage? Pertinet huc porrò *Fundamentum Antich-*
thonum, oder der Gegenfüßler : de quò Ricciolus p. m. 26. b. part. 1. Tom.
1. lib. 1. c. 20. Almagesti in scholiis. Imperiti verò putant *Antipodes* non
 dari, quòd timeant, ne deorsum cadant : sed non vident, eos ad idem
centrum gravium, quod est in *centro Terra*, niti, ac tendere, stando
 aut ambulando, & idem *centrum* esse illis, ac nobis deorsum. Quod
 verò est *Nadir*, esse *Antipodibus* nostris *Zenith* : nec magis eos cadere
 posse sursum, ad suum *Zenith*, quàm nos ad nostrum : id enim esset
 ascendere, non descendere. At, ô *felicem casum*, si illis & nobis & o-
 mnibus, Deò volente, contingat cadere in cælum ! Contra horum
 Phantasiam, vide, quæso, *Plinium l. 2. c. 65. & 16. c. 22.* pulchrè ar-
 gutantem. confer *Meyfartum l. 1. c. XI. p. m. 155. Geograph. M. Job.*
Slekerum in Exercit. ad Barthol. Keckerman. Physiol. litt. pp. ad cap. 13
Alstedium in Encyclop. p. m. 1385. 1386. Hainlin. p. m. 628. part. 1. Geogr.
M. Valent. Crügerum P. P. Hist. in Viadrinâ Elect. Acad. anno 1653. in
Disp. 2. Sorel in des Menschen Vollkommenheit. p. m. 458. Jacobum
A Costâ in Americâ & c. Adde Dominic. Gonsalum im fliegenden Wan-
derer nach den Mond ; qui se peculiari vi Magneticâ centri Tellu-
ris, ad Terram iterum raptum & c. statuit perpende tamen Cabeum
in Magnet. Philos. p. 72. 2. Terram non trahere ad se gravia Magne-
ticè : item p. 77. 2. 91. 2. Terra vim Magneticam magis habet in parte
superiori, quàm in imis. Contra hos omnes est Anaxagoras : qui
 judi-

judicat terram in superficie solidam, inferius verò raram & spongiosam. Apud *Bulaum* in *Disp. de Terra Motu* tb. 30. 31. (6) **AXIS**: *Keplerus* p. m. 150. l. 2. *Epit. Astron.* Quomodo in sphaeram inductus est *Axis*, & *Poli*? Terra movetur, velut globus in tornò, cujus opposita duo puncta, respectu Motus primi manent: corpus reliquum circa illa immobilia circumvolvitur. Puncta illa duo dicuntur *Poli terra*; linea connectens illa puncta, quæ & per *Centrum telluris* transit, dicitur *Axis terra*: vide ibi additam *Iconem*. (7) **Pŭg** seu **IGNIS**. *Harsstörff*. in *Erqvickst.* Tom. 3. part. 9. quæst. IV. p. m. 506. Ob der *Mittel-Punct* der *Erden* im *Feuer* bestehe? Wenn man von dem *Mittel-Punct* der *Erden* fraget / so solten des *Copernici* Nachfolger sagen / daß es die *Sonne* seye / und behaupten / das dreyerley Gegenden der *Erden* / wie dreyerley Gegenden der *Lufft* zu befinden / deren *Unterste* / und der *Mittel-Punct* am nächsten gelegen ganz warm und hitzig / dardurch auch die *Metall* und edlen *Steine* gefochet / und jedes nach seiner Art vollkommen werden. Wie nun solche, unter irdischen *Flammen* bey etlichen *Bergen* einen *Außbruch* gewinnen / ist vorgemeldet worden / und auch zu sehen / indem das *Eiß* von unten auff zu schmelzen beginnet / es sey gleich auff der *Erden* / oder in dem *Wasser*. Es wird aber durch den *Mittelpunct* der *Erden* nicht ein *Geometrischer Punct* verstanden / sondern / wie besagt / die mittlere *Gegend* der *Wasser* und *Erden* *Kugel*. Dieses *Feuer* ist die *Quelle* aller *Wärme*. Es sehen etliche auch die *Hölle* und das *Feuer* der *Verdamten* an erstgedachte *Mittel-Gegend* der *Erden* / und glauben auch / daß die enge *Enthaltniß* der *Verdamten* / ein *Theil* ihrer *Qual* sein werde. *Gilbertus Gilberti* vermeinet; der *Mittelpunct* der *Erden* sey *Magnetischer* Art; und müssen wir bekennen / daß wir keine *Gewißheit* hiervon haben und behaupten mögen. *Æschacius Major* (per anagr. *Joachimus Cæsar*, *Hallensis Saxon.*) *Dobreboranus*: seu potius *Huartus* in *scrutiniò ingeniorum* p. m. 638. *Sc.* *Prima ratio*, in quâ fundo sententiam meam, est quòd experientia nos docet, *flammam* cujuscunqve *ignis* duos habere *motus* naturales, sine quibus nec momentò subsistere possit. *Unus* motus sursum fit: quòd *ignis* expellit ea *excrementitia*, quæ in sui *nutritione* generat. *Alter* fit deorsum: quòd *ignis* id *alimenti* comprehendit, quò ad sui *nutritionem* opus habet. *Istum motum* nemo *Philoso-*



Iosoporum naturalium negare potest. Nam duabus arreptis can-
 delis, alterâ extinctâ & fumigante, alterâ verò accensâ & desuper
 positâ; evidenter deprehendemus flammam inde usque â candelâ
 ardente per fumum descendere porrigiqve eò usque, dum ellychni-
 um candelæ extinctæ attigerit. Ac si Deus accensam aliquam can-
 delam inde à concavo Lunæ usque ad *centrum terræ* collocaret: flam-
 ma per totam illam distantiam sine omni violentiâ, deorsum ferre-
 tur. Motum sursum vergentem licet *Galenus* ac *Philosophi naturales*
 statuunt, esse quàm maximè *igni* naturalem: tamen turpiter admo-
 dum errant. Illa enim elevatio, quæ *pyramidem* sursum ac supra se
 efformat, propria *fumi* est, cui flamma, tanquàm res levissima, sub-
 jecta est; quod exindè satis probatur, quoniam videmus, ut primùm
fumus perit, illicò etiam *flammam* descendere atque consumi. SE-
 CUNDUM argumentum est, quod per *Experientiam* deprehendi-
 mus, omnia omninò mixta, in quibus ignis excellentiâ suâ reliqua
 elementa superat, esse gravissima, ac terrâ longè ponderosiora. De
 quò si dubitat quis; percurrant mihi *Peripatetici* omnia mineralia,
 omnes potentiales *ignes*, quos vocant Medici; deprehendent certè,
 illa instar *ignis* urere, atque parvam intra quantitatem suam ingens
 pondus continere. Quòd si jam ignis usque adeò esset levis, uti il-
 li tradunt, certum est, mixta quoque ea, in quibus *ignis* excellit ac su-
 pereminet, *levia* esse futura. Id quod negari prorsum non potest.
 quoniam & illa mixta, in quibus *aër* præpollet (*quia is levis est,*) su-
 perficie aquæ innatant. Atque adducit *Arist.* pro Exemplo arbo-
 res atque ex illis excerpit *ebenum nigrum*: cui cum *aër* desit, ac mul-
 tum *terre* intra se habeat, *aquæ* fundum petit. Ecquæ ergò est ra-
 tio, quòd, quum *ignis aëre* levior sit, mixta tamen *igneæ* illicò *aquæ*
 submergantur; *aërea* verò natant? TERTIUM argumentum est,
 quod omnibus constat, quantâ velocitate sursum vergat *calida* ali-
 qua siccaque exhalatio, cujusmodi *fumus* est: ac quantâ cum violen-
 tiâ atque impetu inde feratur deorsum, si *incendantur*, atque *ignis*
 inde fiat. Sin minùs, dicant mihi *Peripatetici*, quâ ratione & quâ ex
 causâ materiali fiat *tonitru*? ac videbimus, *ignem* potius gravem,
 quàm levem, esse. Causa materialis, unde tonitru fit, uti inquit *A-*
ristoteles, est exhalatio *calida* siccaque naturam *fumi* habens: quæ
 quia levis est, sursum adscendit, ac, dum cum nubibus miscetur, per
 viam

viam *antiperistaseos*, ac cum motu in *ignem* se convertit. Quod quum ita sit, quum est possibile, ut *exhalatio*, quæ existens levis sursum adscendit, postea quam incensa atque in *ignem* conversa fuit, rursus descendat: idque tanto cum impetu ac velocitate, ut etiam turrim dissecare soleat mediam: quum tamen *adscendendi* quidem duas causas habeat, descendendi vero nullam causam habeat. Ad istud respondere, quancquam malè, possent *Peripatetici*, descendere illud fulminis esse violentum, fierique ab expulsiōe nubis, intra quam inclusum fuerat. Verum hoc adfirmare non possunt. Potius enim nubes *tonitru* ab exitu prohibebat: ac quia tam arctè ibi concludebatur, *tonitru* per se ipsam *nubem* rumpit atque exit: Porro si verum est, *exhalationem* factam tam levem esse: quam ob causam *tonitru* non dirumpit *nubem* ex superiore ejus parte potius, quum ex illâ tenuior subtiliorque sit? Ac porro si per illam partem altiore exit: quum fit, ut non potius ad *Sphæram ignis* adscendat, atque inibi subsistat maneatque: quum ille locus *igni* proprius naturalisque sit? Ego profectò adsequi intellectu meo nequeo, quum fieri possit, ut *nubes*, quum *vapor* sit adeo tenuis, tam ingentem fragorem tanto cum impetu edat, tantumque in incensâ *exhalatione* ictum faciat, ut *tonitru* cogatur descendere atque ad *septem* usque *ulnarum* profunditatem intra terræ viscera adigat. Etenim perinde ut id, quod *grave* est, nec habet ex se, nec habere potest plus unò impetu, eoque ad terræ usque *centrum* pertingente: ita illud, quod *leve* est, ad alta tendit, nec ullam aliquam rem versùs infima propellere ac detrudere potest. Atque ita illius *adscensus* *tonitru* tres causæ sunt, quarum *prima* est *exhalatio*, *altera* *ignis*, *tertia* *nubes*: *descensus* verò ejusdem causa prorsum nulla est. Quas ob rationes equeidem firmiter persuasum mihi habeo, hancque opinionem fovebo, dum sit, qui rectius me instituat: *ignem* esse multò graviolem ac ponderosiolem terrâ ac locum ejus naturalem esse eum, quem proximè sequentia denotabunt. Quod *tertium* attinet punctum, nim. *Sphæram ignis* propriam ac naturalem esse *in centrò terræ*: ex eò istud adseritur atque confirmatur rectissime, cum probatur *ignem* esse rem omnium mundi rerum *gravissimam* ac *ponderosissimam*: præsertim si consideremus, quam bene omnia sibi consonent, si *ignis* iste in locò collocetur; ac quanta inde absurda nata sint, quod in *Luna concavò* Philoso-

phi eum posuerunt. I. Nutritio *ignis*, expulsio *fumi* ac generatio Impetus sine ulla contradictione ibi fit. *Ignis* enim attrahendi ad se, quascunqve res, virtutem ac vim habet. Cavitates autem terræ aëre & aquâ plenæ sunt. Quum jam *ignis* conjuncta secum *tria* illa Elementa, *terram*, *aquam* & *aërem* habeat, facilè illa miscet atqve alterat, & ex illis alimentum conficit, ad sustentandum se ac conservandum, cujusmodi est *Sulphur* ac *Salpetra*. Atqve habet ibi affatim meatuum ac spiraculorum, per quæ *fumum* extrudere ac veluti exspirare atqve ita eventilare se potest. Cui rei evidenti argumento sunt Vulcani illæ officinæ ferrariæ, quæ *Puteolis*, prope *Neapolim*, visuntur: ubi videre est, totos lacus montesqve *igneos*, qui ibi inde à conditō mundō fuerunt. Atqve eōdem modō, quō isti conspiciuntur atqve apparent illhïc: Multi etiam procul dubio hinc per orbem sunt, in quibus *ignis* sustentatur conservaturqve per mille mineralium genera, quæ nutritioni ejus adcommodata sunt. Ac ex eō, quod nutritur ac conservatur illhïc *ignis* exterius; facilè conjicere est, quod interiùs in *centro terræ* fiat. Ego enim nullus dubito, quin isti montes lacusqve *ignei* ejusdem cum interioribus illis generis sint, quin imò fortasse hi cæterorum illorum spiracula meatusq; sunt. Alterum argumentum quod me movet vel cogit potius, ut spheram *ignis* in *centrum terræ* rejiciam, est insignis *harmonia*, quam cum opinione nostrâ habet illud, quod *Ecclesia* nos catholica de *igne infernali* docet. De hōc verò adfirmant omnes *Theologi*, quod ejusdem sit generis cum hōc nostrō, quem hïc in terris habemus, atq; easdem prorsum habeat qualitates, quōqve *JESUS CHRISTUS* descenderit ad inferos, quō locō *ignis* fuerit. Nec credendum est, si *Deus ignem* fecisset levissimum, quia hæc ejus natura fuit, tantam ei vim ac violentiam inferre voluisse, ut in *centrō terræ* coärtatum, clausumq; teneat: quum tamen *concauum Lune* locus ejus naturalis fuerit, in quō, eādē facilitate, quâ in *terræ centrō*, *Deus* animas *dæmonesqve* torquere potuisset: præsertim quum eum creaverit primō statim constituti mundi die, quo unicuiqve Elemento *naturalem* suum locum destinavit, nec ulli eorum vim fecerit. Ac quod *Deus Spheram ignis* creaverit statim atqve hanc *mundi*, quam videmus, *machinam* formavit: res est plana, quæ negari non potest, juxta illud: *ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & angelis ejus ab origine*

origine Mundi! *Matth. 25.* Quin etiam Fides nostra docet, mundum per ignem desitutum, ac finem suum habiturum esse, juxta illud, *Qui venturus est judicare vivos & mortuos, & seculum per ignem.* Atque id necessario ex fundamentis hujus opinionis consequitur. Nam quum terra & reliqua *Elementa* finita sint, ignis autem activitas infinita, atque ex illis semper in nutritione sui aliquid absumat, quod reparari non potest: necessario tandem consumetur, juxta illud: *omne finitum per ablationem in finiti tandem consumitur.* Dixi activitatem ignis infinitam esse ideò, quod, si perpetuò illi ac sine intermissione subjiciantur ac subministrantur res combustiles, fieri non possit, quin æternum duret. Atque hoc est illud, quod dicebat sapiens: *Ignis verò nunquam dicit, sufficit. Prov. 30.* Ex eò, quòd Deus *Sphæram ignis*, quam creaverat in centrò terra collocavit, quòdque ei nutritione opus est; clara veraque eruitur responsio ad problema aliquòd satis vulgatum, ad quod nemo dum nec Medicorum, nec Philosophorum respondere potuit; licet insigniter in eò laborarint: nimirum quòd ex causà putei *æstivò* tempore frigidi, *hibernò* calidi sint? *Aristoteles* cum ad seclis suis inquit: frigus *æstivà* tempore fugere, *solis* calorem, utque eò securius sit, in puteos cellasque se recipere, quibus in locis si *aquam* reperiat, eam frigefacere: quod idem & calor faciat, dum *hibernò* tempore contrarium suum fugiat. Hæc responsio non falsa modò est; sed & prorsum doctrinæ ipsius *Aristotelis* contradicit. Ac miror ego magnoperè, quòd *Galenus*, ubi *Hippocratis* illum explicat *aphorismum*: *Ventres hieme & naturà calidissimi sunt.* In comprobationem hujus opinionis allegat istam responsionem, pro verissima eam admittens. Atque ideò sciendum est, ex quinque sensibus exterioribus tactum, uti inquit *Aristoteles*, necessarium esse ad humanæ reliquorumque animalium vitæ conservationem: reliquos verò quatuor ornatui tantum ac perfectioni inservire: sine enim gustu, olfactu, visu non posse: cujus officium inquit *Aristoteles*, esse, ut cognoscat & id quod nocivum est, quò id fugiat; & id quod gratum atque amabile est, quò id sequatur. Quod omne videtur mihi frigus ac calor, sine tactu ac cognitione animali, facere. Secundo & contradicit hæc responsio alii cuiusdam principio *Aristotelis*, admodum famigerato inter *Peripateticos*, nim: quòd accidens non possit transire ab unò subjectò ad aliud; quin corrumpatur. Jam verò

responsio ejus admittit, traditque *frigus*, dum animadvertit contra-
 rium suum, nim. calorem adventare; effugere per aërem, usque dum
 puteum petat atque inde *aquam* intret, quo securius esse queat. *Ter-*
tiò contradicit cuiusdam *Philosophiæ* principio: Quòd, cum duo *con-*
traria in eòdem subjectò concurrunt, alterutrum ab intensione suâ
 remittat. Ex opinione verò *Aristotelis* necessariò admittendum est,
calorem aut *frigus* magis etiam fortiusque intendi, dum ipsi superve-
 nit ejus contrarium; ita ut *antiperistasis* non procedat. *Galenus* ali-
 ter etiam ad hoc *problema* respondere annisus est, haut delectatus do-
 ctrinâ *Aristotelis*. 3. *simpl.* 7. ubi dixit: Aquam puteorum semper esse
 unius ejusdemque temperamenti. Sed quum nos eam differente
 tactus sensu attingamus: *hieme* quidem calidam, *æstate* frigidam,
 nobis videri. Ac probat id exemplò satis accommodato, inquit, si
 homo in balneò mingat, propriam ejus *urinam frigefacere*, extra ve-
 rò balneum *calescere*. Sed hæc responsio contradicit propriæ ejus
 doctrinæ, dum *Aphorismum* illum explicat: *Ventres hieme & Vere*
calidissimi sunt, inquit; nos revera plus habere *caloris* hieme, quàm
 æstate: ac ita statuit etiam ipse *aphorismus*. Ac *bonos fontes* inquit
Hipp. debere esse *frigidos* æstate, ac *calidos* hieme: *Mali* enim succes-
 su temporis accipiunt & *calescere* æstate, hieme verò *refrigerari*. Id
 quod palàm nobis ostendit *Experientia*, si periculum ejus rei facia-
 mus, eadem unâ manu, in diversis *puteis*, unò quidem profundò, al-
 tero verò minimè tali. Reperiemus enim manifestò, illius quidem
 aquam æstate *frigidam*, hujus verò *calidam* esse. Quod verò *Ex-*
perientia demonstrat, *rationibus* eludi non potest. *Hippocrates* me-
 liùs ad *problema* respondit, quàm *Galenus*, & ad veram solutionem
 multò propiùs accessit, ubi dixit: *Æstatis* tempore valdè apertam
 esse terram, ac per fortem *calorem solis* veluti spongiosum reddi-
 tam: qui ad se trahat, ac quasi revocet aërem in istis terræ concavi-
 tatibus latentem, ac tempore exitus *refrigerantem* motu suo aquam,
 ac si ea panno ventilaretur, *Hibernò* verò tempore contrarium ejus
 accidere: quippe quum, per ingens temporis *frigus*, pori terræ ob-
 cludantur, atque aër intus sine ullo motu quietis resideat. Quan-
 tum momenti habeat *motus* ille *aëris* & *aquæ*, ad utrumque illud *re-*
frigerandum; ac quantum contrà *qvies* situsque ad idem illud *cale-*
faciendum: probat ipse *Hippocrates*, quum experimentum capit à
 duo-

duobus *fontibus*, ejusdem profunditatis, atque inde dicit *puteum* frequenter ac perpetuò hauriri solitum, aquam *frigidam*, alium verò extra usum positum *calidam* reddere. Sed vera, ad hoc problema, responsio est, quod à nutritione *ignis*, qui in *Centro terræ* existit, multæ elevantur *exhalationes*, ac *fumi calidi sicci*, qui per *Æstatem*, cum terra tunc aperta sit, uti dixit *Hippocrates*, liberè exeunt, nec intra terræ cavitatem ultrà morantur: & *aqua*, suâ quippe naturâ *frigida*, conservat *frigiditatem* suam, quum non sit, qui eam possit *calescere*. *Hiemali* tempore contrarium usu venit. Tunc enim, cum terra ab ingenti ejus tempestatis *frigore* obclusa sit, *fumos* intra cavitatem *terræ*, ubi *aqua* existit, detinet, qui ita *aquam* calefaciunt. Quemadmodum videmus, si *tubus camini obclusus* sit, universas *ædes fumo* ac *calore* infestari: qui si *redapertus* fuerit, denuò *totæ refrigerantur*. (8) *Heraclius lapis*, seu *MAGNES*. *Nicol. de Quotid. Tellur. Revolut. Argumentum IV. ab intimâ magneticâ terræ Naturâ*, ac compaginatione sumi potest. *Corpus magneticum* ad motum *circularem* aptissimum est. Patet in *terellâ* seu *Magnete* *globosô*, debito modo instar *globi* alicujus, suis *polis* suspensô, qui suapte naturâ 24. horis integre circumvolvitur, ut *lib. 12.* patebit, & habet *Magnes POLOS ÆQUINOCTIALEM, MERIDIANUM, SIMILESq;* *Mobilis Sphære* circulos, ut artifices ostendunt: tale autem corpus ad *motum* aptum; sed *terrâ* in *intimâ Naturâ* sua, est corpus *magneticum*, quod *fibræ magnetica* per totum *telluris* corpus *diffusæ* docent. Major enim *terreni orbis* portio, quantum *lustrat* est, *fibris magneticis* passim *intertexta* est, *Magnes* omnibus ferè *provinciis* communis est. *Germania, Gallia, Angl. Item Hisp. Sardinia, Ilue, Africa, Dan. Svecia*, ac *intima terræ claustra Magnetibus* ferè *referta*, unde in *plerisque provinciis* reperitur, & quò *propius ad polos* terræ accedit; eò magis *magnetica*, & ferè *totus magnes* redditur. Ut in *Disp. Magneticâ* dictum plenius, quemadmodum à *Gilbertô, Cabeô, Kircherô, de magnete* deductum est: unde non absurdè *magnus Magnes* vocari meretur. Sic cur *motus* *decidentium* in *principiô* tardior, in *finè* concitator, ex *Magneticâ terræ virtute* desumi potest. E. ad *motum* *circularem* aptissima. Spectat huc etiam *Schottus p. m. 255. Sc. Taum. phys. part. 14. l. 3. Syntag. 2. cap. 21. De Magnetismo terræ: Terrenum* seu potius *Terraqueum* globum, quem

inhaba-

inhabitamus, *Magneticâ* præditum esse virtute, primus quod sciam, asseruit, experimentisque probavit *Gvilielmus Gilbertus*, Medicus Longinensis l. i. de *Magnete* cap. ult. quem deinde secuti sunt, *Grandamicus*, *Cabeus*, *Kircherus*, *Zucchinus* & alii multi. Probat autem rem *Scholus* ibi octo experimentis: scil. vel ex

- G**E nuino ferro, quatenus solò contactu in terrâ contrahit virtutem magneticam p. 255. & c.
- O** ppositarum plagarum acquisitione in ferrò situm diu mutante, p. 257.
- G** enerali ferreorum ejusmodi instrumentorum liberè relictorum inclinatione p. 257.
- R** efrigerati ferri situ invariabili. p. 258.
- A** vtomatò motu Magnetis liberè in aqvâ relictì. p. 259.
- P** H ilhomæusi, seu ferrò nondum Magnete imbutò, sed super acns imbutas iuspensò, alliciente earum partem Meridionalem. p. 257.
- I** nclinatione acûs Magneticæ. p. 258.
- A** cûs Magneticæ declinatione p. 259.

(9) INFIMUS LOCUS. *Owenus lib. 3. Epigr. 20. p. m. 153.*

Medium duplex:

In mediò constat Tellus, tamen infima res est;

In medio virtus, res ea summa tamen.

Feldius in Spher. part. part. V. cap. 4. p. m. 13. Terra respectu cali sæpè dicitur *infiusâ*: Nullum autem præter *centrum*, in circulò vel Sphærâ, inferiùs datur. (10) CALOR: Esse in *centrò* terræ calorem, eundemq; necessariò à Sole esse, vide apud *Wendelinum in Physic. Sect. 3. c. 13. p. m. 448.* (11) AQVA: Vide *Bartholin. l. 2. de Aqvâ. Libavi: p. m. 195. l. 3. ad opus diei III. Haxëm. §. 35.* Si ad *centrum* usque perfoderetur *terra*, *aqvæ* eò usque descenderent, nec citra quiescerent, quod fieri deberet, si oceani spacium esset locus aquarum proprium. Idem p. m. 227. 228. sect. 15. stet sententia terram ad *centrum* esse, & aquas ei circumfundi, quod cum fieri non debeat toto, fiat brachiis, corporeq; alibi collectò, de quò corpore decisiones nonnullæ particulares sunt in lacubus. Inde *terra* alicubi in altis elevata

vata locum præbet in ficcò degentibus, alicubi etiam saltem à corpore maris divisa, citra notabilem altitudinem homogeneo *aquarum* tumore; quem Divina virtus uti collegit; ita coërcet: à suffocatione libera est, quamdiu vult *Deus*. Hoc modò in communem globum coëunt duo elementa, ut jam fusè est expositum. Est autem communis opinio, *terram* circa *centrum* esse radicatum, fundatamque, quod absolutà sui gravitate ultimò deferatur. Sed sunt nonnulli, qui cum *abyssum* separabilem ab aqua terraque faciant, illum potiùs *centrò* adjungant, aliqui *Tartarum* & *infernum*, aliqui *Ignem*: de quo disputatur cautiùs, quam experimentum sumitur. Videtur autem *Abyssum* separare Sapiencia *Proverb. 31. 34.* &c. Nondum erant *abyssi*, fontes *aquarum*, montes, terra. Quando præparabat cælos, & certâ lege vallabat *abyssos*, æthera firmabat sursum & librabat fontes *aquarum* seu *abyssi*: quando circumdabat mari terminum suum. &c. *Apoc. 9, 2.* Ex puteò *abyssi* fumus ascendit. *Et cap. 20, 3.* diabolus mittitur in *abyssum*. Sed expedita responsio est, *abyssum* sive in *terrâ*, seu *mari* profundam voraginem significare, non quod vacuus quidam & separatus locus sit, sed *aquis*, *terrâ*, *ære*. &c. plenus. Et sumitur pro *infernò*, quia oppositus altitudini cœli hiatus. De *Tertullianò*, qui singulare mundi membrum facit, alibi dictum est. *August. l. 5. Gen. ad litt. c. 10.* *Abyssum* putat eum, ex quo fluvii, tanquam ex *Tartarò Platonis*; Sed fundò caret, cum istò *abyssò*, opinio. Confer *Kircherum*, in *Itiner. Exstaticò. Itiner. 2. dial. 2. c. 1.* De *globo Terræ p. m. 557.* quòd *Terraqueus* globus non sit penitus intus solidus. *Et itin. 2. Dial. 2. c. 3. p. m. 387.* de *centrorum utilitate, duplicitate, necessitate in corporibus universi: &c.* & præsertim *Itiner. 2. Dial. 2. cap. 2. p. m. 569.* *Theodid.* omnia ritè capi, quæ de pericyclofi aquei elementi sapienter dixisti. Hoc unum me torquet, utrum canalis ille, sive magna *Geocosmi* vena, per ipsum *terre centrum* ducatur, annon? *Cosmiel.* Non tibi imagineris velim, canallem hunc *diametri* instar per ipsum *centrum terre* extendi; hoc enim necessarium non est; sufficit, ut postea tibi demonstrabo, eum laterali quâdam deflexione, & obliquis ductibus per varios anfractus, & immensæ capacitatis hiatus, tandem finem evolutionis suæ attingere. Ex quâ quidem laterali deflexione meatuum, & fluctus facilius redditur, & exoneratio non tam violenta, quemadmodum ex

C

Hydro-

Hydrostaticâ tibi constat, accidit, &c.) Sed cur non per ipsum *meditullium* quæro? R. Ne extingvatur *Ignis Infernalis*, quò secundum Papales æstuat *centrum Soli*: Siquidem *Gebennam* illic statuunt, ut suprâ audivimus, & porrò *Vincentius Mussa, Uranophilus, in Regnò & Regia Plutonis &c.* p. 13. &c. stabilit: Is prætereà Regiæ Plutonianæ *Situs* est, ex quò de loci, ipsius præstantiâ judicare non est difficile. Nam si plurimorum ex orbe Christiana seqvamus vestigia, hoc *inferorum* domicilium nullibi, nisi in orbis universi *Meditullio*, adeoque *Terræ centrò* assequemur: Quamvis num ita se res habeat, licet nemini morosè movebimus. Iphis saltem ex gentilitate doctissimis ita visum fuisse oportunè recordamur. Hinc enim *Philosophus* ille, Regiæ Plutonianæ ostia jam pulsans, ab astantibus quæsitus, quò corpus animâ suâ viduatum, sepeliri vellet? Ubi cunqve, reponerat, volueris? Certè non sine ratione! Hanc enim addebat: quia undiqve tantundem ad *inferos* esset itineris. Omnino ex *Disciplinâ Geometricâ*; cui cum certissimum sit, omnes lineas à circumferentiâ ad *centrum* deductas, esse æquales, exploratum sanè emigraturo huic Philosopho (*procul dubiò non ἀγεομυστερήτω,*) esse oportuit. Plutonis Regiam *Terræ centrum* occupare. Quò positò, *Infernarum* sedium dignitas iterum clarissimè elucet: quia nimirum excellentissima quæqve, loca *media* sibi solent vindicare. Hinc *Geographi* peritiores non insipienter observarunt, *Hierosolymam*, olim totius quasi orbis Metropolin; dum, *Deò sic providente*, orbis circiter *medium* sive *centrum* obtinuerit, locum *Regium* sive principem fuisse sortitam. Ipse *Sol* Erraticarum stellarum, omnium judiciò, princeps, *mediò* inter illas locò (quem *dignitatis* esse omnium gentium consuetudine planum est) perambulat: quin imò ipsam virtutem in *Mediò* consistere, nemo in *Etbicorum* præceptis adeò hospes est, qui nesciat. Et sanè si ex Calani *Gymnosophistarum* sapientissimi consiliò Alexandro M. non tam dato, quàm corii aridi festivâ conculcatione repræsentatò, Principem in *umbilicò* imperii consistere decet, utiqve *Inferorum* Rex *Pluto* Regiæ suæ commodissimum locum delegit, qui illam in ditionis suæ *umbilicò* esse sive voluit sive permisit. Quibus ita se habentibus, *inferno* suam laureolam, quam ex commodissimi *SITUS* prærogativâ reportat, nemo præripiet! Haçtenùs de *Gremiò Terræ*: An ad illud *CHRISTUS*

mor-

mortuus descenderit? litigium est inter nos & Papicolas: An verò CHRISTI *nati* lux illuc penetraverit; audivimus supra.) Sequitur nunc II. *medium* de Terrâ considerandum respectu Totius *universi*. Ubi nonnulli *solo* attribuunt locum excentricum: vel propter figuram, quam illi attribuunt, *ovalem*: de qua vide *Harstörfferum* in *Erqvickstunden tom. 3. part. 4. quest. 11. pag. 291. Schevium pag. 2. axiom. 1. Sceleti Georg. Mersennum in Genesin ad cap. 1. vers. 10. p. 868.* Nimirum, quemadmodum *Vitellus* declinat extra *medium* ovi; sic terram etiam deviare dicunt; vel propter *Solem*, quem quidam potius, cum *Pythagoricis*, *medium* statuunt. Vide *Becm. in orig. LL. pag. 356. 357. & Plutarchô in Numâ, adde Linemann. in delitiis calend. Litt. H h ij. b. Item Lit. M. quest. 4.* vel propter *Eclipses*, quas nonnunquam in unô eodemque hæmisphæriô viderunt, quoad causas efficientes, nempe utrumque *luminare* deficiens. Vide *M. Zieglerum in Disp. de Solis & Lunæ defectu, §. 18. ex Pliniô lib. 2. N. hist. cap. 13. & L. Müllerô cap. 4. part. 2. Opticæ special. dictitata annô 1640. Confer Kepler. Epitom. Astron. pag. 872. Item Doct. Kromay. de Eclips. & c. Vel propter Refractiones. Linemann. dict. locô. lit. S. ij. b. & c. Obs war sey/ daß wir das halbe himmlische Revier allezeit im Gesichte haben? Vel propter *diversam qualitatem parallelorum similium. Hainlinus pag. 628. cap. 18. part. Geog.* vel propter variationem ferri *Magnetici* à verâ Septentrione: Vide *Mersennum in Genes. ad c. 1. v. 1. p. m. 550.* Verum quòd *terra* sit in *medio* Physicè, non Mathematicè, & in locô *physicô*, non *Mathematicô*, ut loquitur *Cabeus in Magneticâ Phil. pag. 69. 2.* Vel quòd *terra* sit in *mediô* universi sita, & proinde undique cælo æquidistet, ut loquitur *Alstedius in Encyclop. p. 1352. Confer Kirchman. in disp. de Terrâ paragr. 8.* Probatur vel ex*

G *ravium motu*: secundum quem Elementum gravissimum necessariô sibi infimum locum vendicat. Vid. *Stottnagel in Reqs. Geog. M. Wolffgang. Fischer. in Disp. 6. Phys. de Element. Nola lenhagen in Dict. Sphericis.*

Æ *quinoctiis universalibus. Vid. Stottnagel/ d. 1.*

O *bservatâ æqualitate dierum hybernorum, & noctium æstivarum. Alstedius d. 1.*

G *lobositate. Ovid. lib. 7. Fastorum :*

Et quantum à summis, tantum secessit ab imis

Terra: quod ut fiat, forma rotunda facit.

- R**ationali Horizonte. Vide *Alstedium d. l. Feldium in Sphericis pag. 42. Theoret. 11. Mubammedes Alfergan. in Element. Astron. pag. 13. 14. cap. 4. Confer Owenum. p. m. 97. lib. unô. Epig. 184. Item pag. 183. lib. 2. Epig. 37. de Cœlo & Terrâ.*
- A**equali ubiq³ magnitudine fixarum stellarum: *Mubamm, d. l. Alstedius d. l. pag. 1352.*
- P**roportione Centri ad circulum. *Feldius in spher. p. m. 12. 13.*
- H**orarum equalitate ante- & pomeridianâ. *M. Reyber. in Diss. de Terrâ thes. 22. Mersennus in Genesin ad Cap. 1. v. 10. pag. 869. 870. cum pluribus.*
- I**nvariabilitate Polodixeos Magnetis, *Job. Placentinus in Resolut. quest. Landgraviæ Hassiacæ.*
- A**utoritate. *Owenus p. m. 26. lib. 2. Epig. 14. Cicer. l. 1. Tusc. quest. Freigius pag. m. 485. lib. 22. phys. ex Ovidio lib. 1. Fastorum. In genere confer Libavium pag. 19. lib. 3. ad opus diei 3. Hexaëm. Item Cabann in Magnet. philos. lib. 1. cap. 18. pag. 69. 79. Schottum in Taurinat. phys. part. 4. lib. 3. cap. 2. Rivinum in Diss. de æstu marinô, par. 26. Themat. 2. cap. 3. Kircherum in itin. Exstat. Itin. 1. Dial. 2. cap. 3. p. m. 388. Gisbertum Voëtium Tom. 1. Disput. p. m. 636. ex Conimb. in 2. de cœlo c. 14. quest. 3. Claramont. l. 12. cap. 21. 22. David Christiani lib. 1. Syst. Geog. c. 51.) Sequitur jam III. Medium Terræ, respectu Linearum seu Circulorum: quorum medius & potissimus est Æquator, Æquinoctialis, die gleiche Linie/ dergleichen Harsdörffer in Erqvickstund. Tom. 2. p. m. 283. seu Nautis Linea. Kepl. pag. 157. lib. 2. Epit. Astron. De tali circulo multa Ἀξιωματικόν & Ἄπα apud Autores occurrunt: quæ sunt, secundum Dispositionem meam mnemonicam, quod ibi locorum.*

1. G ladius cherubinus subintelligatur,
 2. E lysium seu Paradisus credatur,
 3. ᾠ μ⊗ seu dorsum terræ statuatur,
 4. G enitale sit Astrææ,
 5. R emigium difficile legatur.
 6. A quæ immersio, & nautica rebaptizatio contingat,
7. Polus

- 7 P olus uterque videatur incumbens Horizonti,
 8 H umana statura subsistat,
 9 I lluminetur, profundissimus puteus ad imum,
 10 A cus Nautica parallelè cum æquatore constituatur.

